



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt contemptores canonum excommunicentur. vi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

sentientes comitibus, & iudicibus ad iustitias faciendas, & vt nullatenus per aliquorum mendacium, vel falsum testimonium, neque periurium, aut per præmium lex iusta in aliquo deprauetur.

De secularibus Ecclesiam vel clericum iniuste calumniantibus. Caput V.

SI quis seclarium pro calumnia Ecclesiam aut clericum *Ex concil. Agathē, cap. 32.* fatigare tentauerit, & euctus fuerit, ab Ecclesiæ limitibus, & catholicorum communione, nisi dignè pœnituerit, arceatur.

Ve contemptores canonum excommunicentur. Caput VI.

VT laici contemptores canonum excommunicentur: *Ex concil. Carthag. cap. 15.* clerici honore priuentur.

De præuaricatoribus diuinarum legum. Cap. VII.

SI quis publicus diuinæ legis præuaricator, vel pro manifestis criminibus sanctorum canonum contemptor repertus fuerit, ac sanctorum patrum constitutionibus conuictor, & si monitionibus episcopalibus obtemperare distulerit, anathematizetur. *Ex concil. apud Laodicum, cap. 10.*

Quod non liceat Imperatori, vel cuiquam potentum, aliquid agere contra diuinum mandatum. Caput VIII.

Non licet ergo Imperatori, vel cuiquam pietatem custodienti, aliquid contra mandata diuinitatis præsumere, nec quicquam quo Euangelicis propheticisq; seu apostolicis regulis obuietur, agere. Iniustum enim iudiciū, & diffinitio iniusta, regio metu, vel iussu à iudicibus ordinata non valeat: nec quicquam quod contra Euangelicā & propheticā, aut apostolicā doctrinam, constitutionemq; eorum siue sanctorum patrum actum fuerit stabit: & quod ab infidelibus aut hæreticis factum fuerit, in uero cassabitur. *Ex decr. Adriani papa. ca. 16.*

Vi nemo contra canones esse præsumat. Cap. IX.

VT constitutiones contra canones & decreta præsumptum Romanorum, vel bonos mores nullius sint momenti. *Ex concil. Triburi. cap. 10.*